

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cupiditas u
cum fonte primo

Radix malorum est cupiditas.
Hec sacrilegia committit et furta,
rapinas exercet et predas,
bella gerit et homicidia,
symoniace uendit et emit, inique petit et recipit,
iniuste negociatur et feneratur;
instat dolis et imminet fraudibus,
dissoluit pactum et uiolat iuramentum,
corrumpit testimonium et peruertit iudicium.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

“Radix enim omnium malorum est cupiditas.”
Hec sacrilegia committit et furta,
rapinas exercet et predas,
bella gerit et homicidia,
symoniace vendit et emit, inique petit et recipit,
iniuste negociatur et feneratur,
instat dolis et imminet fraudibus,
dissoluit pactum et uiolat iuramentum,
corrumpit testimonium et pervertit iudicium.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2.2 (R.E. Lewis ed., p.145, ll.6-13).